

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. VI. Verismilior ratio, cur Filii, non Spiritus Sancti proceßio sit  
generatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

## Cur Filii processio sit generatio. Sect. VI.

VII.  
Actualis intellectionis in  
has sententias communi-  
catur, aliis pri-  
mus non  
communi-  
catur.

Ex his itaque probo, in ipsius sententia i.e. qui, actum primum intelligendi in Deo distingui virtualiter ab actuali intellectione: at enim expressum est intellectione actuali ex vi productionis formaliter communicari Filio, actum primum intelligendi non communicari: ergo iis convenienter praedicta contradictione: ergo distinguuntur virtualiter. In hoc ipsum quod istud dicit actuali scilicet intellectiorem esse in Deo primum distinctionem virtuale, actum vero primum intelligendi non esse, arguit inter ea distinctionem virtuale, cum haec etiam sint praedicta contradictione.

VIII.  
Actualis intellectionis in  
predicatis divinis non  
est primum  
distinctionem  
virtuale.

Malè ergo hac Disputatione 47. sect. 8. num. 62. pro fundamento hujus sententiae supponit, ante actuali intellectiorem non dari in predicationis divinis aliquid virtualiter distinctum, cum visus haec intelligendi radicali actuali intellectiorem antecedat, ut ipse fateretur, & ut hic ex ipsius principiis ostendit, virtualiter ab eis distinguatur, cum contradictione de iis praedicta verisimiliter. Haec sententia magis impugnabitur Sect. sequente.

### SECTIO SEXTA.

*Verisimilior ratio, cur Filii, non Spiritus Sancti processio, sit generatio.*

I.  
Quidnam  
hac in re sta-  
biliter est dif-  
ficiendum.

Ex haec tenus dictis constat facile esse aliorum hujus rei explicationes impugnare, quidquam vero, in quo mens acquiescat statuere, ac stabilire, esse difficultum. Quid tamen mihi juxta nostra principia verisimilius videatur, hic obiter aperiam.

II.  
Vnde cum  
actuali in-  
tellectione  
communicari for-  
maliter a-  
bus primus  
intelligendi.

Sistendo itaque in principiis à me supra Disp. 4. sect. 8. de divina Essentiā constitutione positis, eam nimis, non in actuali intellectione, sed radicali, actū scilicet primo intelligendi considerare: existimo non actuali intellectiorem tantum, sed actum etiam primum intelligendi, seu naturam Filio à Patre ex vi productionis formaliter communicari, & hoc modo cum Patri similem in natura procedere, ejusque productionem esse generationem.

III.  
Principium  
formale Eu-  
lia in gen-  
deri actus  
primum in-  
telligendi.

Ratio autem est: Pater siquidem producit Filium ut intelligens: ergo principium ipsius formale per locum intrinsecum includit actum primum intelligendi: hic enim non minus ad conceptum intelligentiū requiritur, quam actuali intellectio: ergo principium formale Verbi essentialiter ingreditur actus primus intelligendi: ergo in generatione Filii, non intellectio tantum actualis, sed actus etiam primus ei communicari, sicut ut dixi ex vi productionis procedit Patri simile in natura. Quod autem Pater ut intelligens, seu ut est hoc complexum, producat Filium, communis videtur扇形のPatrum sententia, qui ut supra vidimus, affirmat aeternum Patrem cognoscendo cum producere. Hinc etiam S. Thomas primā parte, q. 34. art. ad 3. Pater, inquit, intelligendo se, & Filium, & Spiritum Sanctum, &c. concepit Verbum; intelligere autem, seu cognoscere non dicit cognitionem in abstracto, sed in concreto, & in subjecto, vel quasi subjecto, quod in Deo, ut Disput. illa quartā ostendimus, est actus primus intelligendi.

Pater cog-  
noscendo pro-  
ducit Filium.

Ex his habet actum primum intelligendi alio modo constitutere principium formale productionis Filii, quam illud constitutus voluntas, aut aliud praedicatum, seu attributum divinum, cum una cum actuali intellectione ita sit de conceptu illius.

R.P. Comptovi Theol. Scholast. Tom. I.

intrinseco, ut sine eo intelligi omnino non possit, *Filius regi-  
scit potest sine voluntate & aliis: ergo alio etiam ritur, quia  
modo simul cum intellectione communicatur Filius, velut.*

Secundū, & efficacius probatur ex parte Filii:

sicut enim Pater à sanctis Patribus dicitur formaliter cognoscendo, loquendo, &c. generare Filium, ita Filius ab iisdem dicitur intelligendo & audiendo generari: si ergo intelligendo & audiendo illa, que à Patre ei dicuntur, formaliter producatur: ergo per productionem formaliter accipit vim & facultatem audiendi, seu intelligendi; alioqui non posset generari audiendi; vim autem, seu facultatem audiendi, seu percipiendi ea quia dicuntur; in actu primo intelligendi suam esse, ostendit Disp. illa 4. sect. octavā: ergo conformiter ad hanc sententiam dici potest, & debet, Filius ex vi processionis formaliter communicari actum primum intelligendi.

V.

*Si Pater  
dicoendo &  
intelligendo  
generat, ita  
Filius au-  
diendo gen-  
eratur.*

### SECTIO SEPTIMA.

*Objectiones contra hunc generationis  
Verbi explicandi modum.*

Dices primò: actualis intellectio subsistens per paternitatem constituit complexum intelligentis, & eadem intellectio subsistens per Filiationem constituit complexum audientis, ergo ad rationem vel intelligentis, vel audientis nil opus actu primo intelligendi. Respondeatur negando antecedens: intellectio namque subsistens non constituit complexum intelligentis, subsistens enim, seu Relatio secundum omnes nihil percipit, ac proinde esse nequit subjectum quasi seu substratum in denominatione intelligentis: ergo ad hoc complexum constitendum necessarius est actus primus intelligendi.

Dices secundò: Pater (idem est de Filio) ut amans producit Spiritum Sanctum, ergo ex vi productionis formaliter non amorem tantum actuali Intellectio subsistens non constituit complexum intelligentis, ergo actum primi amandi, nam hic non minus ad complexum formaliter amantis requiritur, quam actus primus intelligendi, actum primi ad complexum intelligentis, ergo Spiritus Sanctus munus amandi ex vi processionis accipit actum primum amandi, ergo naturaliter, utpote quam nos in actu primo constitutus, sicut erit Filius, cum ex vi productionis procedat in similitudinem naturae.

Concessis catenis nego ultimam consequentiam, III.  
Spiritum Sanctum scilicet ex vi processionis accipere naturaliter. Ad probationem dico, nos non Sanctorum ex actu primo amandi, sed intelligenti, naturaliter vi processio divinitati constituisse. Ratio autem, quam hujus nisi non aerei Disp. illa quartā citata affligerimus, est, Naturaliter enim cujusque rei est primus conceptus determinatus per quem ab omni alia re distinguitur, actus vero primus amandi in Deo munus non exercet, cum prior illo sit actus primus intelligendi; quem enim ordinem inter se servant actualis intellectio & voluntio, eundem ratione nostrā servant earum principia, seu actus primi.

Dices tertio contra primum argumentum sect. IV.  
precedentis propositionis: quando dicimus partes ut Letta inter  
albus disgregat visum, nullo modo reduplicamus qualitatem  
subjectum, sed solam formam, ergo nec in den- intentiona-  
tionali & physi-  
cali diffi-  
culty.

Ce

qualitates